



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Quomodò maximus cultus & honor sit, quem Deus à nobis exigit, scilicet vt verbo eius credamus, in illo collocemus fiduciam nostram.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

CAPVT XXXII.

ARGVMENTA.

1. *Quæ sit differentia inter verbum Dei & verbum hominis.*
2. *Quomodo maximus cultus & honor sit, quem Deus à nobis exigit, scilicet vt verbo eius credamus, in illo collocemus fiduciam nostram.*
3. *Vt illud faciamus & custodiamus.*

Hæc potissima est differentia verbi Dei & verbi hominis, quia verbū Dei est verū, immò quia impossibile est vt possit esse falsum, verbū autem hominis potest esse falsum. Sic Apostolus ad Rom. 3. Est autem Deus verax id est, impossibile est quòd verbum eius possit esse falsum, omnis autem homo mendax, Psal. 115. scilicet inquantū homo secundum naturā. nam quòd homo aliquando dicit veritatem, vt sancti Dei Apostoli, Euangelistæ, Doctores à Spiritu sancto est. Nam omne verum, à quocunq; dicitur, à Spiritu sancto est, inquit Augustinus. Deus autem natura est summa veritas, & mentiri non potest: idè eius verbum manet æternaliter verum: hoc Prophetæ semper inculcârunt hominibus. Psal. 118. In æternum Domine permanet verbum tuum. Esa. 40. Verbum Domini manet in æternū, omnis autem caro fœnum: Igitur verbum Dei semel dictum manebit, & falsum esse nõ poterit, siue homo credat siue non credat, credentibus autem non nocebit incredulitas aliorum, sicut arguit Apostolus Rom. 3. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? &c. Lucæ 21. verba mea &c.

Quoniam verbum Dei solum hanc habet dignitatem, quòd falsum esse nequit, quia summa veritas Deus est, idè maximus cultus & honor est, quem à nobis exigit Deus, credere scilicet, & fidem dare eius.

verbo, id est, certissimè credere quòd sic eueniet. sicut
 verbum dicit, vel bona promittendo aut pœnam
 minando. Nam os Domini locutum est Esaia 25. I.
 deò eueniet. Ex quo sequitur, quòd illi qui non cre-
 dunt verbo Dei, illi non sunt ex Deo, id est, non-
 dum renati sunt. Vt igitur possimus credere certo
 & sine hæsitatione, opus est Spiritus sancto. Natura
 nostra id non potest, legit, audit, cantat, loquitur
 Verbum Dei: sed cor non credit, quia nondum ex
 Deo natus est homo. Ioan. octauo, Qui ex Deo est,
 verba Dei audit, & credit, vos non auditis verbum
 DEI, &c. Ideò rogamus Spiritum sanctum pro ta-
 li fide, vt possimus verè credere verbo Dei: alioquin
 manebimus sine fide verbi. Insuper fides in solo ver-
 bo pendet & viuit, sicut Christus inquit Matthæi 4.
 Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod
 procedit de ore Dei. Ecce homo viuit in verbo quod
 os Domini locutum est, quod verbum fides tenet,
 & non curat quicquid postea mundus, peccatum,
 mors, infernus tumultuatur. Si quis autem verbum
 obliuiscitur, tunc perit: quod sic intelligendum est,
 mundus & res mundi minantur defectum cibi & po-
 tus atque vestimentorum pro te & familia tua, ho-
 diè pereunt frumenta, vinum, hordeum: Fortuna
 tua decrescit penitùs, & ad paupertatem redigetur,
 & cæt. In tali anxietate oportet fides tua pendeat in
 verbo, quod ab ore Domini est est prolatum. Matthæi
 6. Nonne corpus plus quàm vestimentum? scit pater
 vester, quia his omnibus indigetis: Primum ergo
 quarite regnum Dei & iusticiam eius, & hæc omnia
 adijciuntur vobis. Ad hanc promissionem se tenent
 oportet fides nostra, & certò credere, quoniam non
 non relinquit vt fame pereamus, etiam si sensibus vi-
 deretur, nulla esse frumenta in mundo: Nouit Deus
 implere verbum suum, tu saltem credas verbo ore
 Dei. Sic Num. 11. legitur, quòd Dominus respondit,
 quando populus in deserto clamabat pro carnibus,

Moy
 3. qu
 Edu
 oris
 in ill
 cibus
 sibili
 sensi
 ri no
 det, f
 mun
 nostr
 Luc.
 quod
 bñ vi
 vita d
 inim
 Dei,
 huius
 rorer
 Omn
 uet &
 huius
 quàm
 tas in
 contr
 quam
 Iste
 folan
 pecca
 ctu m
 tatio
 48. M
 Sic o
 runt
 prom

Moyſi: Nūquid manus Domini inualida eſt? Sic Exo-
 3. quando miſit Deus in Aegyptū Moyſen, dixit illi:
 Educes populū meum, & ego ero tecum: hoc verbum
 oris Dei, Ero tecū, notauit Moyſes, & pende-
 bat fide in illo, dū tranſiuit mare, dū ſequerentur hoſtes, dū
 cibis & potus deficeret in deſerto, & nihil illi impoſ-
 ſibile videbatur, quantumcunq; etiam hoc rationi &
 ſenſibus impoſſibile erat: cogitabat enim, Deū menti-
 ri non poſſe. Sic ſi peccatū vrget, & deſperationē ſua-
 det, fides pendet in illo verbo Ioā 3. Sic Deus dilexit
 mundū, &c. Eſa. 53. Poſuit Dñs in eo peccata omnium
 noſtrū. Ro. 4. Mortuus eſt pro peccatis noſtris, &c.
 Luc. 19. Venit filius hominis quærere & ſaluū facere
 quod perierat, & conſimilib. locis Euangelij. Hoc ver-
 bū viuificat contra peccatum & retinet pœnitentē in
 vita & pace. Quòd ſi tribulatio, infirmitas, amici aut
 inimici perſequuntur, fides ſemper pendet in verbo
 Dei, Io. 16. Confidite, ego vici mundum. Et, Princeps
 huius mundi non habet in me quicquā. Si mors hōr-
 rorem incutit, fides pēdet in illo verbo Chriſti Io. 11.
 Omnis qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vi-
 uet &c. Si infernus & Dēmon terret, Io. 14. Princeps
 huius mundi iudicatus, ligatus eſt: nihil poteſt vltra,
 quā Deus permittit. Sūma, non eſt aliqua calami-
 tas in mundo, in corpore, rebus, officio &c. quæ non
 contrariam habeat conſolationem & promiſſionem
 quam fides tenet, & ſic in Deo viuut.

Iſte cultus, cum ſic verbo Dei credimus, & nos cō-
 ſolamur, maximè placet Deo: e contra, grauiffimum
 peccatum eſt, verbum Dei oſcitanter & ſine intelle-
 ctu murmurare, cantare aut legere, & non ſic in ten-
 tatione conſcientiam confortare, idè dicitur Hier.
 48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulentem.
 Sic omnes ſancti pendentes fide in verbo Dei, vice-
 runt regna, operati ſunt iuſtitiam, & adepti ſunt re-
 promiſſiones, Hebręor. 11. Hęc fides in verbo Dei ap-
 prēhen-